



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLVII. De Agente. Vide supra Actor, Actio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

& Florent. *decis.* 12. num. 14. & Bono-
nienf. *decis.* 11. num. 64. Card. Tusch.
pract. conclus. tom. 1. lit. A. *concl.* 240.
n. 1. ubi num. 4. post Angel. *consil.* 197.
circas fin. vers. non obstat tertium, limi-
tat, nisi ex causa, quia quando afflictus
dat causam novæ afflictionis, debet
nova addi afflictio, Imbrian. *de primo*
& secundo beneficio seu de rest. ad pin-
gius probandum, consil. 3. n. 142.

CAP. XLVII.

De Agente. Vide supra
Actor, Actio.

Axioma I.

Agens & patiens debent esse discreta, cum
nihil agat in se ipsum, *l. ille a quo* 13. §. 4. *ad*
SC. Trebell. unde est, quod communiter asse-
ritur, actionem & passionem in eodem subje-
cto non concurrere. *l. 71. ff. de fidejuss.* *l. prae-*
tor 4. de tut. dat.

II.

Omne agens agit propter finem, & ad eum
principalis intentio dirigitur, *l. eam quam* 14.
ubi Bald. *Cod. de fideicommiss.* Tiber. Decian.
1. consil. 1. n. 15.

III.

Aliud est agere. aliud velle agere, *l. 15. Rat.*
rem. hab. Heig. *part.* 1. q. 36. n. 12. multa enim
inter poculum & calicem cadunt, quæ pro-
positum & intentionem agendi impedire
queunt, verba sunt Carpz. *5. conf.* 44. num.
9. nec sane quisquam ante litem contestatam
recte agere dicitur, *l. ult. C. de except.*
gl. in l. si posteaquam 43. ff. *de pecul.* Joh. Bapt.
Alfin. in §. 2. *cap. 6. num. 2.* Thom. Grammat.
decis. 69. n. 1.

Quod etiam in materia appellationis pro-
cedit. *l. ult. §. illud. C. de temp. & repar. ap-*
pell. Vult. 2. *Jurispr. Rom.* 31. n. 12. Carpzov. *3.*
conf. 37. n. 9.

IV.

Agere non videtur, qui fecit ne vincere
posset, *l. contumacia* 33. ff. *de re judic.*

V.

Agentes omnia cautè non damnificantur.
l. incivilem 2. *C. de furtis, add. voc. cautio,*
Cautela.

VI.

Quando quid non valet ut ago, nec valebit
ut potest.

Hæc regula ita procedit, si intentionem
habeo illum tantum actum celebrandi, qui
ministrate gestus, nec alio modo id valere vo-
lo; quod ex omnibus circumstantiis diligen-
ter venit examinandum, *l. pen. & ult. §. illud.*
1. C. de Codicill. *l. 4. C. de donat. ante nupt.*
1. 3. C. de repud. vel abstin. heredit.

Quod si autem cuipiam negotium ita geri
placitum, ut si non valet, ut gestum est, valeat
saltem, ut valere potest, res secus se habet. *l. 21.*
§. 2. C. de testament. *l. 32. de contrab. empt.* *l. 3.*
de testam. milit. Et si dubium quid actum sit,
semper illud accipiendum, per quod actus va-
let. *l. 12. ff. de rebus dubiis.*

VII.

Agendo nemo causam suam facit deterio-
rem. Regula in *l. 87. de Reg. Juris. leg. 29. de*
Novat. Exemplum *l. 6. §. 6. junct. leg. 11. §. 3.*
de aqua & aq. pluvi. arc. ubi damnum quod
post litem contestatam datum refarcitur, non
quod ante. v. Perez. *comment. Cod. Etiam ob*
chirograph. pecun. pign. teneri posse. num.

VIII.

Id quod agitur, pro cauto & expresse ha-
betur.

Procedit hæc regula non modo in contra-
ctibus *l. cum quid 2. de reb. cred. leg. 9. C. St*
certum per. Verum etiam in ultimis volunta-
tibus *l. 4. Si usus fruct. per. ubi Cujac. add. l. 6.*
§. 1. de usufr. adreſcendo.

IX.

AGENTES & consentientes pari
pœna puniuntur, *l. jubemus. 14. §. a co-*
nomus. 2. C. de Sacros. Eccles. cap. de offic.
de leg. c. qui cum fure. 4. de furtis. c. quan-
ta 47. de sentent. excomm. l. 33. tit. 8. lib.
2. fori legum. l. 1. tit. 13. lib. 4. ejusdem
fori. Azeved. *l. 4. tit. 10. lib. 6. & l. 2.*
num. 218. tit. 13. lib. 8. novæ Recompilat.
Thom. de Thomasset *reg. 21. Giurba*
consil. crimin. 7. num. 14. quin gravio-
ribus delictis id procedere dicit, non
in levioribus. Intellige, quando agen-
tes cum consentientibus cooperan-
tur positivè, præbendo causam effica-
cem, & propinquam principali actori
delinquenti, de quibus consentienti-
bus habetur in *l. si quis id quod 7. ff.*
de jurisdict. omn. Judic. l. item Mela 11.
§. si alius. 1. ff. ad Leg. Aquil. l. unic. C. de
raptu virg. c. Felici 3. in princ. de pœnis.
in 6. cap. sicut dignum 6. §. qui verò, &
§. illi etiam, de homicidio. gloss. ult. in
cap. notum 2. quest. 1. S. Thom. 2. 2. q.
62. artic. 7. in corpore. Navar. in cap. ita
quorundam 6. notab. 9. à num. 2. de Ju-
daeis. observant Covar. in reg. pecca-
tum. p. 2. §. 12. à num. 1. Farinac. conf. 66.
num. 18. Molin. de Justit. tract. 2. disp.
732. sub num. 1. Flamin. Paris. de confi-
dent. quest. 22. num. 5. Ludovicus Ri-
bera in annot. ad cap. non inferenda.
23. quest. 3. n. 27. Giurba d. conf. 7. n. 14.
Joan. Bapt. Costa *de facti scient. &*
ignor. inspect. 68. n. 6.

E 2

X. AGEN-

X.

AGENTI incumbit onus probandi, l. 2. § l. verius, 21. ff. de probation. l. actor 23. § l. frustra 8. C. eod. tit. l. fin. ff. de rei vendic. l. qui accusare 4. Cod. de edendo, §. non solum. 4. inst. de legatis, cap. unic. vers. cum enim, ut Ecclesiast. benef. sine dimin. confer. Thom. de Thomalet. in floribus legum, reg. 19. Flamin. Paris. de confident. quest. 18. num. 3. Agens enim ante omnia debet probare se esse talem, qualem dicit, alias audiri non debet, l. divus 33. ff. de re judic. Brunor. à Sole in locis communibus, verb. Agens, 2.

XI.

AGERE invitus nemo compellitur, l. unic. C. ut nemo invitus. Socin. reg. 14. Brunor. à Sole in locis communibus, verb. compellere. Card. Tusch. pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 241. Joseph. Sesse Arag. decis. 15. num. 3. Cardos. in praxi Judicum, & Advocat. verb. Agere, num. 3. Cald. Pereira in comment. ad l. unic. C. ex delictis defunct. p. 3. num. 20. in fine.

Limita, ubi periculum est in mora, & ubicunque subest causa, quia tunc potest quis compelli invitus agere, Federic. de Senis conf. 153. vers. item assignato termin. Card. Tusch. d. concl. 241. num. 9. & 12. ubi num. 10. per text. in l. diffamari 5. C. de ingen. & man. limitat in causa status, quibus diffamantes possunt compelli ad agendum, & num. 14. post Federic. de Senis conf. 169. in fin. vers. an autem, limitat pariter in eo, qui diffamatur super Matrimonio contracto, quia potest compellere adversarium ad agendum, ut silentium ipsi imponatur. Limita denique quando tutus est exceptione reus, qui officio saltem Judicis ex æquitate, l. 3. C. qui bonis cedere pos. § l. si contendat 28. ff. de fidejuss. compellere, ut agat, creditorem poterit, gloss. verbo consequi, in fine in l. Aurelius 28. §. centum. ff. de liberat. leg. Capic. decis. 18. num. 3. & 4. Ofsch. decis. 15. n. 23. & 24. p. 2. & decis. 9. num. 3. & 4. (& in genere quotiescunque actor vel tacite vel expresse se adstringit ad agendum, sicut facit quilibet diffamator, adde Gail. 1. observ. 9. n. 5.

De Aggressore v. provocator.

CAP. XLVIII.

De Agris & Agricultura. Agricolis, Rusticis.

Axioma. I.

Rusticis in jure errantibus regulariter paritur, l. 25. §. 1. de probat. Ubicunque enim judicantem aequitas movet, simplicitati Rusticanae subveniendum, l. 1. §. ult. de Ed. l. 2. §. ult. de l. fisci, Chopp. de privil. Rust. lib. 1. p. 2. cap. 1.

Fallit 1. si erretur in jure naturali & gentium primævo l. 2. C. de in jus voc. & ibi gloss. & Dd. Alciat. de presumt. reg. 3. col. 30. n. 3. Menoch. de arb. jud. quest. lib. 2. cas. 194. num. 16.

2. In rustico sagaci, argum. d. l. 25. pr. & §. 1. gloss. notab. in l. si duas 6. §. de rusticis, ult. de excus. tut.

3. In rustico dolose vel clandestine agente l. qui contra 4. C. de incest. nupt. l. 1. C. de interd. matrim. in delictis enim rusticis non subvenitur nisi in casibus specialiter à jure expressis. Carpz. in tr. crim. in p. 1. q. 45. n. 45. cum cit. ibi.

4. In iis quæ pertinent ad formam actus l. juris ignorantiam 6. C. qui admitti. & ibi Bald. vers. Concordia, num. 6. & in l. fin. C. de jur. delib. Tirag. in tract. de retra. convent. §. 4. gl. 6. n. 32. Alex. conf. 165. col. 2. vol. 6. Everhard. in loc. à defectu forme. n. 8.

II.

Agricolas ab agricultura abducere publicè damnosum, fac. auct. agricultores, C. de pignor. l. 1. pr. ff. de feris, ideoque ab operis rusticis & cultura agrorum temerè abducendi non sunt, l. 1. 15. 20. in fin. pr. Cod. de agric. Unde etiam est, quod è multis rusticis confortibus litis, unus tantum ad litem peragendam in urbe detineatur, ceteri in agros remittantur, ne quid res agraria detrimenti capiat, N. 80. c. 2. vers. si vero forsitan, ad Renat. Choppin. de privil. rustic. lib. 3. c. 1. Nec 2. debeant recipi in militiam, l. 3. C. Qui militare, l. 19. C. de agric. & confit. Matth. Coler. 1. decis. 42. num. 3. & decis. 203. num. 21. Carpz. pag. 3. conf. 38. def. 24. n. 4. Nec ut 3. commercia exerceant l. 2. de Nundinis.

III.

Rustici vesci debent pane atro, allio & cepis cum caseo, gloss. in l. Servis urbanis 99. in prime. in verb. libellis, de leg. 3. Eleg. Wes. 1. conf. 50. n. 20. & seq. & Coler. de process. execut. p. 2. cap. 3. num. 120. & seqq. laudati à Dn. Carpz. p. 1. constitut. 32. def. 16. n. 4.

De agnatione v. infra de agnatione.

CAP.